



E i n l a d u n g

zur

öffentlichen Prüfung und feierlichen Entlassung,

welche am 4ten und 5ten Julius

im hiesigen Gymnasium

statt haben wird;

und

zu den öffentlichen Prüfungen

in der Dom-Schule

am 6ten Julius

und

in der zweiten Kreis-Schule

am 7ten Julius.

42178

Vorausgeschickt ist:

S O P H O C L I S A J A X

INDE A V. 172. USQUE AD V. 255. EXPLICITUS

ET EX

GRAECO IN LATINUM SERMONEM VERSUS

A

F. DE FREYMANN

Das Gesamtgut ist geteilt.

Wingenstomley
aus 100.

R i g a,

gedruckt bei Wilhelm Ferdinand Häcker.

1827.

Der Druck dieser Schrift wird unter den gesetzlichen Bedingungen gestattet.

Dorpat,
den 4. Junius 1827.

Rath Theodor Friedr. Freitag,
Censor.

(L. S.)

TARTU ÜLIKOO LI
RAAMATUKOGU

630452909

LECTORIBUS

S. P. D.

FREY-MANN.

Cogitanti mihi, quid potissimum scribendum esset, ut urbis nostrae civibus aliquid utile dulci mixtum a me proponeretur, in animo fuit libellum vernacule scriptum componere, quo pro viribus subtiliter edissererem qua ratione, ut piis scholae votis satisfaciat et cum ea conjunctim puerorum animos, non solum doctrina, sed etiam bonis moribus excolat, res domestica instituenda sit. Opusculo, non sine opera quadam et studio, utut potui, perfecto, jamque, ut censori et typographo traderetur nitidissime transscripto, nostri gymnasii praefectus, hoc mihi edicto quodam non licere, declaravit; nam ex sua cuique scientia, quam in gymnasio doceret, aliquam in programmata tractandam esse materiam. Nova igitur quam celerissime paranda et ad publicum usum adornanda erant. In collectaneis meis nonnulla quidem a me reperiiebantur, quae recte elaborata et accurate perpolita fastidiosis etiam lectoribus aliquam fortasse delectationem afferre possint, sed tempore urgente multis negotiis occupato mihi, nihil benevolis lectoribus offerre licuit, nisi quae in veteribus schedis casu quodam servata invenerim. Itaque Sophoclei loci ante septem annos ad meum usum Lipsiae confectam interpretationem hic cum vobis communico, quae obiter tantum nunc a me perlustrari leviterque emendari potuit, neque unquam, nisi cogente necessitate, typographo a me tradita esset. Doctis lectoribus, inprimis philologis, nihil novi a me afferri posse, persuasissimum mihi habeo, sin autem discipuli nostri aliquam ex ea capient utilitatem, satis contentus ero.

S T R O P H A.

Chorus facinoris, cujus Ajax accusabatur fama, vehementer perturbatus, neque pro vera eam habere, neque negare audens, id tantum sibi persuasum habet, tale facinus, siquidem obierit Ajax, diis instigantibus commissum esse.

Ab initio quaeramus oportet tota haec strophæ interrogationem contineat, an confirmationem. Hermannus in museo antiquitatis studiorum in fine strophæ interrogationis signum addidit, quod, ut ex annotatione patet, in editione ipsa oblivione forte omisisse videtur. Sed cum, quomodo interrogatio apta esse possit, non videam, viro doctissimo non assenserim. Primum enim notandum est, non esse dubium quin Ajax non in scena, sed in tentorio quodam, in scena haud dubie representato, commoretur. Chorus igitur aliquid quaesivisset ex absente, quod tamen ab omni verisimilitudine plurimum abest. Deinde, quod magis Hermanni sententiam infringit, Ajax, etiamsi affuisset, ne potuisset quidem respondere. Quomodo enim Ajax scire potuit cujusnam dei impulsu ad greges interficiendos stimulatus sit? Denique si chorus haec interrogasset, statuendum foret, chorum rei adhuc inscium opinari, ab Ajace scelus illud commissum esse, et scire velle cujusnam dei instinctu hoc ille fecisset; quod quidem ab hoc loco alienissimum esse apparet. — Quae quum ita sint, dubium esse non potest, quin haec chori verba non quaerentis, sed asseverantis sint, quippe qui fieri tamen potuisse, ut Ajax interfecerit greges, cogitans, ita exclamet: profecto, si auctor es, (quae sententia necessario cogitando supplenda est), Diana aut Mars ad hoc factum te impulit. Aptè nunc his ea, quae in antistropha leguntur, respondent: "nae hic a diis immissus tibi morbus, nunquam enim tui ipsius animi impulsu usque eo processisses etc."

Particulae ἦ ῥα ad confirmandam sententiam, ut saepe alibi, adhibitae sunt. Innumera fere exempla reperiuntur apud Homer. Il. κ, 401. μ, 164. ζ, 215. ξ, 49. ο, 185. σ, 329. 394. τ, 315. 347. ψ, 103. in quibus omnibus ἦ ῥα certe igitur, profecto, ὄντως δή significat. Particula enim simplex ἦ duplici sumitur sensu, confirmandi et interrogandi, (cf. Zeune ad Vig. pag. 410.); particula poetica ῥα, quae Hoogeveno (de partic. ed. Schütz. p. 552.) verissime videtur ex ἄρα, ablata prima littera α, orta, idem valet, quod ἄρα. Habet itaque significationem particularum: igitur, adeo, ita etc. (Zeune ad Vig. p. 443.). Exempla apud Homerum haec probant, Il. ν, 446 etc., ῥα habet concludendi vim, quae huic loco eatenus convenit, quatenus chorus quodammodo ratiocinatur: si Ajax patriverit scelus, hoc Minervae aut Martis consilio factum esse.

v. 172. *) *Τευροπόλα*. De vocabuli forma permulta doctissime disseruit Lobeck. ad h. l. Sed de cognominis origine et usu neque schol., neque interpretes ali-

*) Versus ad Hermanni editionem enumerantur.

quid certi attulerunt. Quamquam nihil ad sensum refert, utrum nomen a tauro an a Taurica chersoneso derivetur, tamen litterarum causa hujus rei disquisitionem in excursu peculiari factam, optarem. Ex Eurip. Iph. Taur. 1453 sqq. Diana in Taurica chersoneso culta intelligenda esse videtur.

173. Verba ὦ μεγάλα φάτις etc. non pro allocutione sed exclamatione chori sumenda sunt, qui, fieri potuisse putans, ut Ajax a Minerva vel Marte ad caedem illam faciendam impulsus sit, ipsa cogitatione perturbatur et exclamat: o horrenda fama, genitrix dedecoris mei! Scilicet fama rumorque Danaorum choro dedecori fuit, quod ipse amicus et socius Ajacis erat. — Μέγας apud tragicos saepe idem significare quod δεινός, Erfurdt. exemplis probavit. — Μᾶτερ poetice positum est pro genitrix, ut in Soph. Philoct. 1536.

175. Ἐπί saepe post verba motum aliquem significantia cum substantivis ita conjungitur, ut non solum adventum in locum, sed etiam actionem rerum, quarum gerendarum causa me in eum locum contuli, denotet, cf. Matth. gr. gr. p. 860. In hoc igitur loco non: accedere ad aliquid; sed: ire adversus aliquid, aggredi, significat; nam impetus hostilis propositum sibi habet aliquid peragere, vide Erf. ad Oed. T. 496. ed. m. Sic in Xenoph. Anab. 5. 10. 2. ἐπὶ τὸν κέρβερον, cf. Valcken. ad Herod. 7, 193. — Πανδάμους βοῦς omnia, omnis generis pecora sunt, quae ut totum exercitum alerent, custodiebantur.

176 sqq. Ad difficillimum nunc transeo locum, de quo, antequam meam, qualemcunque sententiam, proferam, aliorum interpretationes redarguere studebo, quae neque mihi, neque interpretibus ipsis satisfecerunt. Non satis dolere possum, Lobeckium, virum et ingenio et doctrina praestantissimum, hunc locum tam obiter et leviter tetigisse, ut ejus non satis perspiciatur sententia; quem quidem, e lectione in textum recepta et paucis, quae annotavit, verbis, patet, in Musgravii correctionem se inclinasse. De qua igitur, quam Hermannus in museo antiquitatis studiorum levi mutatione recepit, et in editione sua perelegantem vocat, primum videndum est. Musgravius ita legi vult:

ἢ ἡ ἰα κλυτῶν ἐνάρων
 ψευθεῖσ', ἄδωροις εἶτ' ἐλαφρηβολίαις,

i. e. inclytis spoliis defraudata, vel propter venationes, ex quarum praeda nihil accepit dea. Sed valde dubito num haec huic loco significatio insit; ἄδωρος est: qui aut non dat aut non accipit dona; oppositum vocabulo δωροδόκος qui dat et accipit dona, apud Platonem usitatissimo, de quo vide Ruhnken. ad Timaei lexicon p. 91. — ἄδωρος in significatione: qui non accipit dona apud Thucydidem, 2, 65. *) reperimus; altera significatio: qui non dat dona, proverbio isto in fabula nostra v. 665. obvius: ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα confirmatur, i. e. inimicorum dona non praebent, i. e. non sunt dona, quod poeta ipse addito οὐκ ὀνήσιμα aut Eurip. Med. 617. per ὀνησιμὸν οὐκ ἔχοντα explicat. — Ut redeamus ad Musgravii correctionem, jam in aprico est, ἄδωροις ἐλαφρηβολίαις nihil aliud significare posse, nisi: propter venatio-

*) Vid. Göller ad Thucyd. 1. c.

nes dona non dantes, aut dona non accipientes; ex qua utraque significatione prima tantum hic adhiberi posset, si venationes pro venatore sumeretur, ut sensus esset: propter venatorem, i. e. Ajacem dona non dantem. Quod tam mire dictum foret, ut nihil supra. Hermanni interpretandi rationem in editione sua allatam, quamquam difficultatibus non vacat, libenter acciperem, nisi faciliorem viam mihi aperire videretur mutatio *ελαφηβολίας* in *ελαφηβολίας*, hoc sensu: inclytorum spoliatorum vel venationis donis defraudata. Nunc omnia bene cohaerent; videmus enim cur *δώροις* interpositum sit, quia ad utramque rem, cujus dona negata sunt, pertinet; *εἴτ'* nullam habet difficultatem, neque exemplis a Lobeckio allatis, ut probet *εἴτε* et *ἢ* conjungi posse, egemus. — Aliae difficultates jam summotae sunt, ut *ἀκάρπωτον χάριον*, quod Erfurdt. exemplo ex Eurip. Iph. T. 566. apte explicuit, ita ut scholiastae, *ψευθεῖσα* cum duplici casu conjungentis interpretationem, non desideremus, sed cum Hermanno *χάριον* pro *ἔνεκα* accipimus, juncto ei *ἀκάρπωτον*, quod proprie cum *νίκας* jungi debebat. Una tantum restat difficultas *ἦ ῥα*, quod fateor me nunquam in altero orationis membro invenisse; *ἦ ῥα* autem, quod Hermannus in museo antiq. stud. in textum recepit, neque ut Buttman. in lexilogo, vol. I. p. 150. recte monuit, in tragicis reperitur, neque, quod maximum est, aptum praebet sensum, nam quid *ψευθεῖσα νίκας ἀκάρπωτον χάριον* et *ἦ ῥα* etc., sibi velint, non intelligo. Donec igitur verba *ἦ ῥα* meliori probabilique verbo commutari non possunt, haec esse servanda, contendo.

179. Recte Hermannus, cujus in hoc loco auctoritate utor, aliorum conjecturis et correctionibus rejectis Elmsleji recepit conjecturam, quae optimum praebet sensum; vide Hermanni doctissimam ad h. l. annotationem; qui praeterea Scholiastae, Martem ab Enyaliio distinguere conantis, commenta, paucis verbis ita refutavit, ut nihil a me addi possit, nisi codicis Jenensis lectionem: *ὁ χαλκοθώραξ* commentis istis ortam esse mihi videri.

180. Mars, quia Ajax pro auxilio a Marte in proeliis lato, praedae partem non tradiderat, erat iratus. Initio non magna mihi huic loco difficultas inesse videbatur, cum putarem cuique, qui aut in venatione aut in bello inter ceteros emineat, Dianam aut Martem favere. Quae etiamsi vulgaris sit opinio, vocabulum tamen a poeta adjectum: *λώβων*, quod ad singularem nobis ignotam rem, haud dubie referendum est, a mea sententia me abduxit. Aliorum opinionem, qui *μομφῶν ἔχων ξινοῦ δορός* de cladibus intelligunt, quas Ajax Trojanis, Martis sociis, intulerit, contorti quid habere, recte Hermannus animadvertit. Nec vero cum viro doctissimo consentire possum, dicente: "*εἴ τινα* indicat vix credibile esse, adiutorem aliquando Ajaci fuisse Martem." Indicat vero, nisi fallor, chorum fluctuare, quae-nam sit causa, cur Mars Ajacem ad tale scelus impulerit. De vocabulo *ξινοός*, cf. Lobeck. ad h. l.

ANTISTROPHA.

Nunquam enim, chorus pergit, mens tua ita perversa erat, ut in greges irrueres; nae hic a diis immissus tibi morbus; sed quae ab Argivis narrantur, dii avertant.

182. *Φρονόθεν γε, γε* quid valeat, perspectu facile est. Restringt eam notionem, quae est, tua sponte non fecisti; sic: certe non tua sponte ad tale quid proclivis eras, et habet hoc oppositum: coactus autem, vel a diis incitatus patrare poteras.

Ἐπ' ἀριστερά sinistram partem et in auguriis et in aliis rebus infelicem a Graecis habitam esse, satis notum est.

184. De forma vocabuli *τόσσον*, cf. Lobeck. et Erfurdt. ad h. l. —

Ἐν ποίμναις πιτνῶν. Fortasse quis *εἰς ποίμνας* exspectaret, sed poeta recte posuit *ἐν ποίμναις*, cum non solum dicere vellet Ajacem in greges irruisse, sed etiam inter eos versatum esse caedemque fecisse. Est igitur duarum locutionum confusio, quae hoc sibi vult: irruens in greges et inter eos versans, sc. ut eos perdat. Sic contrario modo *κείσθαι εἰς τόπον τινά* apud Theocr. 22, 203. invenitur, quod est: cecidit in terram et jacuit. — *Ἔβας πιτνῶν* est: *ἔβας ὥστε πιτνεῖν ἐν ποίμναις* ut irrueret in greges.

185. Duae lectiones nobis offeruntur: *ἦκει γὰρ ἄν* et *ἦκοι γὰρ ἄν*. Indicativus, qui universe accipiendus est atque: "solet divinitus venire morbus," significat, neque cum antecedentibus, neque cum sequentibus conjungi potest: optativus autem, qui ad solum Ajacem pertinet: "sit fortasse hic a diis immissus morbus," recte se habet. Nec offensioni esse potest repetitum *γὰρ*; repetitum enim est, ut sententia, quae in stropha dicitur, magis illustretur. *)

Non offendere potest *νόσος* sine articulo positum in re satis certa. Sic apud Soph. Phil. 148. *δεινὸς ὀδύτης*. Aeschyl. Prom. 838. *μαντεῖα θᾶκος*.

Θεῖος significat quod a diis immittitur, divinitus accedit. Soph. Phil. 159. *θεῖον σκᾶπτον*. 192. *θεῖα παθήματα*.

187. *ὑποβαλλόμενοι* schol. *ὑποσπείραντες*, et *κλέπτουσι* recte *λανθάνουσι* interpretatur. De usitatissima verbi *λανθάνειν* constructione vid. Buttmann. gr. gr. med. §. 151. Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 124., cui hac etiam ratione verbum *κλέπτειν* simile est. — Praepositio *ὑπὸ* in verbo *ὑποβαλλ.* significationem habet: clam ali-

*) Wunderum meum in annotatione ad h. v. mecum consentire video, sed melius rem explicare, cuius notam hic cum discipulis nostris communico:

v. 185. Non convenit sensui scriptura *ἦκει γὰρ ἄν*, quam Hermannus vulgata exquisitiorum habet. Chorus enim, postquam cantu strophico oratione ad Ajacem conversa dixerat: num forte Diana te neglecta an Mars contemptus ad tale facinus impulerunt? in antistropha rationem reddit hujus sententiae ita, ut dicat: nam tua sponte ejusmodi facinus committere non potuisti, sed a diis tibi immitti morbus potuit. Non posuit autem poeta in hac altera enunciatione, quae una cum priorae explicationem continet sententiae in stropha dictae, particulam δὲ vel similem, quam exspectaveris, sed denuo *γὰρ*, ut solet nonnumquam fieri, sicuti ab Aeschylō factum est Agam. v. 558—561.:

τὰ δ' αὖτε χέρω καὶ προσῆν, πλεον στύγος·
 εὐναὶ γὰρ ἦσαν δητῶν πρὸς τείχεσιν·
 ἐξ οὐρανοῦ γὰρ κάπὸ γῆς λειμώνια
 δρόσοι κατεψέκαζον.

quid fieri, *κλέπτειν* non solum de furando, sed etiam de omnibus, quae clam geruntur, rebus, dici solet. In re notissima perpauca tantum exempla sufficiant; cf. Hom. II. α, 132. Pind. Nem. 7, 34.

188. *Βασιλῆς* sine jota subscripto, neque vero *βασιλῆς* scribendum esse videtur. Quomodo enim diphthongus *ει* in *η*, ut Eustath. p. 50, 18. vult, aut ut Triclinius contendit, in *η* contrahatur, non intelligo. Veram contractionem *βασιλῆς* ex *βασιλῆες* factam ostenderunt et exemplis illustrarunt, Lobeck. ad h. l. et Buttmann. in ampliss. gr. gr. Tom. I. p. 195. Miror igitur Schaeferum, Brunckii vitium in editionibus suis retinuisse. *)

189. Intellige *τις*, cf. Brunck. et Herm. ad h. l. — De vera lectione *Σισυφιδᾶν*, vid. doctissimam Lobeckii notam.

190. Negatio repetita chori desiderium Ajacis, ut is tandem appareat omnesque calumnias adventu suo dissipet, pulcerrime exprimit.

Majores difficultates habet *μ'*, quod a schol. pro *μοι* accipitur. Quocum consentiunt Brunck. ad Eurip. Med. 56. et Bothius ad h. l., sed nihil probant. Doctissime de hoc loco disputavit Lobeck., qui ostendit *μοι* ante vocalem brevem elidi non posse, quod confirmat Erfurd., qui vero emendationibus violentissimis, nullo modo ferendis, Lobeckium, diphthongum *αι* in infinitivis et primis ac tertiis verborum personis obteri multis exemplis probantem, refutare studet. — Haud dubie statuendum est continere haec verba confusionem duarum locutionum saepissime in tragicis nobis obviam. Hoc adjumento adhibito bene explicuit locum Hermannus in editione sua. **) "Ego, inquit, *μ'* accusativum esse puto, confusis paullo liberius duabus loquutionibus, *μη κακὸν φάτιν ἄρη*, quod proprie est, ne tibi malum rumorem contrahe, et *μη με κακὴν φάτιν φημίσις* etc. — Itaque sensus est: ne tibi malum in me opprobrium contrahe."

Praeterire nequeo Buttmannum de graeca grammatica virum meritissimum in ampliss. gr. gr. Tom. I. p. 128. de elisione verborum *μοι* et *σοι* negligentius locutum esse, dicentem: *Es giebt einige Stellen bei den Dichtern, wo μοι und σοι vor Kürzen elidirt sind, ohne das eine Variante vorhanden wäre.* Sed neque ex Homero, neque e tragicis ab eo allata exempla aliquid probant. ***)

190 & 191. *Ἐθ' ὧδ — ἔχων* pulcerrime exposuit Lobeckius.

E P O D U S.

Chorus optat ut Ajax se ostendat et adventu suo inimicorum calumnias dissipet.

192. *Ἄνα* pro *ἀνάστηθι*, cf. Herm. ad h. l., Buttmann. ampl. gr. gr. Tom. I. p. 531. — Eurip. Troad. v. 98. De hiatu, vid. Hermann. elem. doct. metr. p. 50.;

*) Formam *βασιλῆς* tuentur Poppo in prolegom. ad Thucyd. P. I. p. 221 & 471., et Schneiderus de dialecto Sophoclis, p. 9.; sed mihi hanc rem non persuadent.

**) Interpretationem a Schneidero in Ajacis editione oblatam probare non possum.

***) Schneiderus in libello de dialecto Sophoclis, p. 37 sq., a Buttmanni parte stat, simulque Osannum in opusculo de Sophoclis Ajace, p. 102 seq., errare, clarissime ostendit.

cujus verba hic affero: "omnino non curari hiatus in interjectionibus, res est notissima. Eamque rationem sequuntur alia quaevis verba, quae interjectionum loco sunt, ut apud Sophoclem in Philocteta v. 832. ἴθι ἴθι μοι παιών, et in Ajace v. 192. ἀλλ' ἄνα, ἐξ ἐδράνων."

195. στηρίζει de hac forma Attica vid. Buttm. ampl. gr. gr. T. I. p. 354 sq. *)

Interpretes omnes praeter Hermannum, quocum vero consentire nequeo, in hoc loco tacent. Hermannus autem in interpretatione sua sumit de caede arietum jam edoctum esse chorum, quem quidem hujus rei ignarum adhuc esse et antecedentia et sequentia satis declarant. Nam in antecedentibus chorum de Ajacis facinore, tanquam de re non verisimili loquentem audivimus, cujus rumorem, ut jam prima epodi verba docent, ab Ajace dispelli vult. Praeterea proximo colloquio, quod inter Tecmessam et chorum intercedit, satis comprobatur, chorum adhuc non comperisse caedis auctorem esse Ajacem. **)

Ὅπου ποτέ recte interpretatur Hermannus: ubicunque tandem; sed ἀγώνιος σχολή veritit: otium negotiosum, nostro: *geschäftiger Müßiggang*, respondens, quia, inquit, arietes caedebat Ajax. Sed de hac caede ab Ajace perpetrata nihil adhuc, ut demonstravimus, compertum habuit chorus. Aliam igitur viam inire nos oportet, ut loci sensum investigemus. Ἀγωνιάω studium et desiderium alicujus rei assequendae atque animi ardorem, ne petita nobis negentur, verentis, significare, ex Schneideri lexico cognosci potest, qui ex Polybio et Aristotelis probl. 27, 10. hoc

*) Schneiderus de dial. Soph. p. 2—5., hanc rem copiosius tractat e cujus annotatione, quae legitur, me iudice, dignissima, juvenibus nostris nonnulla hic propono: "Quamvis in Aristophane aliisque vere atticis formam in *εἰ* exeuntem servandam minimeque repellendam esse iudico, exceptis fortasse singulis locis, in quibus tragicorum ille sermonem imitatur: tamen ex Aeschyli quidem, Sophoclis et Euripidis fabulis removendam eam, praeter formas illas *οἶε, βούλει, ὄψει*, quas constanter in libris ita scriptas videmus, arbitror. Cujus sententiae hae mihi sunt rationes: primum omnium ferme et optimorum librorum consensus, pariter atque membranarum Aldique editionis haud exigua fides. — Tum quod aliis grave argumentum est, indicativi et conjunctivi formarum diversitas, apud me quidem non multum valet, cum aliis quoque multis, quae differunt, eadem formae sint. — Deinde in quo summi editores ac critici vehementer peccaverunt, est tragicorum dicendi genus, quod atticum esse oportere judicantes tragicas fabulas commaculaverunt, licet accurata earum lectio contrarium clare demonstraret. Quot enim epicae et ionicae formae in senariis reperiuntur. Jam tempus est intelligere, tragicos poetas, qui res oculis subjiciunt a communis vitae consuetudine longius recedentes, graves et rariores, dicendi quoque genus sibi elegisse, quod a vulgari paullum recederet, et multa ex epicis poetis hausisse, qui gravia canentes ipsis praecesserant. Denique si quis existimaverit, recentiorum modo atticorum esse formam secundae passivi in *η*, quamvis id ipsum de altera contendat Suidas v. *ἔπτεσθαι*: negari quidem non potest, forma illa eos usos esse, sed concedendum quoque, in communi dialecto regnasse eam, jamque apud Homerum passim reperiri, v. c. Iliad. 1, 160., Odys. 1, 254., Iliad. 2, 365., 5, 757 & 872. alia. Unde apparet, formam in *η* novam non esse, sed ex Homero transiisse in communem linguam, tragicis, quorum tempore altera forma in ore Atheniensium erat, illam retinentibus, Aristophane contra, qui res communis vitae in scenam ducebat, atticorum formam apte usurpante."

**) In editione secunda hanc adnotationem Hermannus omisit.

probare studet. Qua auctoritate confisus verba nostra ita interpreto: *σχολή* otium, quod nihil corpore agebat, significat, *ἀγώνιος* autem animi sollicitudinem, quod Achillis arma non reportaverat, *ἀγώνιος σχολή* igitur otium, quod ei sollicitudinem creabat. Quae interpretatio, si vera est, conjecturas, ut Musgravii *ἀγωνιών*, quo difficultates non evitantur, vanas esse, ostendit. — *Μακροίων* cum *ἀγώνιος σχολή* conjungendum est, neque in *μακροίων* mutandum. *)

194. *Ἄταν οὐρανίαν*. Cum *ἄτη* de aerumnis rumore isto exortis intelligere debeamus, *οὐρανίαν* esse non potest: a coelo immissum; non fama furoris, velut a diis immissa in antecedentibus, sed furor ipse describitur; cum Hermanno igitur *οὐρανίαν* immensum quantum explicamus, qua significatione etiam in aliis locis reperitur, ut apud Aesch. Pers. 512., Soph. Antig. 418., quocum Erfurdi notam conferas.

195. De hoc versu docte disseruit Lobeckius, sed Hermannus, si quid iudico, vera invenit, qui emendatione hiatum sustulit, *ἀτάρβητα ὀρμαῖται* in *ἀτάρβητος ὀρμαῖ* mutans. — Pulcherrime his versibus poëta inimicorum Ajacis, qua virum fortissimum irrident, securitatem describit.

Inde a versu 200 Tecmessa in scenam prodit et ab initio obscuris verbis ad adversa audienda chorum praeparat.

200. *Ναὸς ἄρωγοι* Ajacis nautae sunt, ex quibus chorus compositus erat.

201. *Χθονίων* schol. recte *ἀποχθόνων* explicat.

Ἐρεχθιδᾶν. Erechtheus fabulosus rex Athenarum, de quo vide Homer. Il. β. 547. Quam ob causam Athenienses saepissime vocantur Erechthidae, ut apud Pindar. Pyth. 7, 10., Isthm. 2, 28. Non sine consilio quodam Salaminii et Erechthidae et aborigines appellati videntur, tanquam si ejusdem originis cum Atheniensibus fuissent. Nam omnes Graeciae gentes mythico fundamento imperium fulcire studebant, atque imprimis, ut ex Homero principatum suum probarent, operam dabant; qua etiam re tot versus spurii Homero obtrusi sunt. Ita Lacedaemonii principatum ex Atridis deduxerunt, Thebani e primo loco, quem in navium catalogo (Iliad. β, 494.) obtinebant, Athenienses e Menestheo duce, qui aciei instruendae, peritissimus (Il. β, 552 sq.) Graecorum appellatur. Sic etiam non sine causa probabili viri docti putant, versum in Il. β, 558. ab Atheniensibus intrusum esse, ut imperium in Salaminios ex antiquissimis temporibus deducerent. **) Poetae etiam posteriores, ut huic populi studio satisfacerent, operam dabant, nec dubito, quin Sophocles in nostro loco id respexerit.

203. *Τηλόθεν οἴκου* prolixam scholiastae interpretationem falsamque non desideramus; nam ita verba construenda sunt: *οἱ τηλόθεν οἴκου κηδόμενοι τοῦ Τελαμῶνος*, nos, qui procul domo sumus, curamus Ajacem.

204. De articulo ante *μέγας ὠμοκρατής* ejecto vera vidit Hermannus, qui dicit: "Offensio non est in anapaesto dactylum excipiente, sed in eo, quod prior

*) Conferatur Wunderi, amici carissimi animadversio ad hunc et sequentem versum. Hermannus in secunda editione non pauca omisit.

**) Kusteri hist. crit. Homeri. Pars II. Sect. V.

versus pars articulo ad sequentia pertinente finitur.“ *) Ὀμοκρατῆς Lobeckius et Erfurdus recte ad Homerum Il. γ, 225. provocantes, explicant: qui vastis et robustis humeris est.

205. Θολερός, ut θολόω proprie de aqua dicitur, quam turbamus; deinde turbare animum: sic θολεροὶ λόγοι apud Aeschyl. Prometh. 891., ed. Brunck. verba hominis vehementioribus mentis affectibus perturbati. — Χειμῶν de sollicitudine et angore. Apud Soph. Philoct. 1460., ed. Br. Aesch. Prometh. 565., ed. Brunck. Euripid. Hippol. 316., ed. Br. sic usurpatur. cf. Lobeck. ad Phrynich. pag. 587. Platon. Theaet. §. 70., ed. Heindorf. p. 376. Hic igitur his verbis sensus inest: Ajax turbida jacet sollicitudine laborans.

Chorus Tecmessae verbis vehementer permotus anxie morbi causam indagat.

209. Cum pronuntiatio litterarum, quae dicuntur liquidae, in universum hoc habeat, ut facile putes duplicem litteram positam esse; factum est, ut Graeci breves syllabas ante simplicem liquidam producere solerent. Ad hanc rationem equidem id retulerim, quod a Sophocle factum est in Τελεύταντος. Epici poëtae hanc licentiam sibi non tantum in nominibus propriis, sed etiam in aliis vocibus indulserunt. cf. Hermann. in element. doct. metr. pag. 60. Porsoni conjecturam Lobeckius et Hermannus recte rejecerunt, sed etiam Hermannus emendationem φρυγίου, quamquam hujus formae apud tragicos usum exemplis ad Orphica p. 724. allatis probat, non reciperem. **)

210. Ἀέγος δουριάλωτον (sic a Brunckio metri causa et recte emendatum est) appositio est ad σέ.

211. Ἀνέχει schol. recte τιμῆ, ut nos dicimus: *Einen hoch halten*; cf. Brunckium ad h. l.

212. Ἄν cum optativo conjunctum nota illa Atticorum urbanitate, qua certa etiam dubitanter memorant. cf. Matth. gr. gr. pag. 721. — Ad. ὑπέποις jam Hermannus contra Brunckium bene monuit praepositionem ὑπὸ non abundare, sed sensum esse: dicendo suggeras.

Tecmessa non sine horrore et misericordia totam rem narrat.

213. Λόγος ἀρόητος res infanda, cujus causas statim in sequentibus affert duplici γὰρ adjecto.

214. Βάρος ferri quidem potest, sed cum plurimi codd. πάθος praebeant, quod huic loco aptissimum est, hoc recte ab editoribus in textum est receptum.

215. Ἦμιν de accentu, cf. Hermannum de emendanda ratione graecae grammaticae, p. 79 sq. Buttmann. ampl. gr. gr. p. 64.

216. Νύκτερος ἀντὶ τοῦ νύκτωρ schol. recte.

219. Χρηστήρια recte a Lobeckio explicatur, "quod proprie hostias significat, dehinc tractum est ad omne genus victimarum, sicut etiam σφάγια et ἱερεῖα, quod saepe dicitur ἐπὶ τῶν ἀπλῶς σφαζομένων."

*) Articuli patrocinium non sine acumine suscipit Schneiderus ad h. l. in editione Ajacis.

**) Emendatione sua rejecta Porsoni correctionem in editione secunda Hermannus recepit et legit: παῖ τοῦ φρυγίου σὺ Τελεύταντος, quod quidem probare non ausim.

Pro τάνδρος Hermannus legi vult γάνδρος, quod ferri non potest, cum γε seu quidem, seu certe significans, nullum hic sensum praebeat, nisi verbo χρηστήρια aliqua ironia, a Tecmessae verbis aliena, contineatur. — Articulus autem bene se habet.

Chorus his verbis percussus cantum strophicum incipit sollicitudinis de Ajacis sorte plenum.

220. De genitivo cum ἀγγελίαν conjuncto, cf. Matth. gr. gr. §. 320.

222. Οὐδὲ φθεγκτήν conjectura inutilis Musgravii est.

223. Ὑπο κληζομέναν divisim scriptum Lobeckius et Hermannus contra Brunckium tuentur, cujus exempla nihil probant; genitivus autem eget praepositione, ex qua pendet. *)

224. Τάν. Articulum pro pronomine relativo apud tragicos positum esse ostendit Brunck. ad Aeschyl. s. c. Thebas. 37. Soph. Oed. C. 1259. Reiz. de accentus inclinatione (p. 26.), p. 95. ed. Wolfii, qui in annotatione ad Reizii librum hoc dicit: "Reizius reperit, huic usui locum non esse videri, nisi in iis casibus, qui a littera τ incipiunt." Matth. gr. gr. p. 406.

Ὁ μέγας μῦθος oppositum versui antecedenti τῶν μεγάλων Δαναῶν, rumor, quem principes Danaorum divulgant et vulgus auget.

225. Hermannus recte animadvertit: περίφαντος cum θανέται jungendum, i. e. περιφανῶς. Sed in sequentibus vir doctissimus veram haud dubie habet interpunctionem, falsam autem interpretationem. Quamquam enim perspicuum est, chorum jam metuere, ne Ajax propter scelus ab Atridis capitis damnetur, tamen a choro non apte praedici posse videtur, qualem mortem obiturus sit Ajax. Cum levi interpunctionis mutatione ipsius Hermanni versionem tueri possumus et omnia bene se habent: "Certo morietur hic vir, furibunda manu occisis simul et pecudibus et pastoribus. — Hermannus contra interpungit: certo morietur hic vir furibunda manu, occisis simul et pec. et past.

Pro vulgato ἀνήρ et sensus et metri causa Hermannus ἀνήρ recte posuit.

227. Κελανῶς sanguine tinctis. Musgravius etiam ad h. l. inutiles conjecturas attulit.

228. Ἰππονόμους. Haec Hermanni correctio pro ἰππονόμους mihi non videtur probanda; nam derivatio fit a νέμω pascere, nec vero a νομάω. Adjectivum ἰππονόμους nunquam reperi et Hermannus hanc formam exemplis non adjectivorum, sed substantivorum probare studet, quibus, ut in Aristoph. nub. 571. non significatio pascendi, ut in h. l., sed regendi, domandi inest. In antistropha igitur ἔχει non ἴσχει legi oportet.

Triclinii, qui mihi videtur, ridiculam interpretationem, qui βοτήρας ἰππονόμους de canibus gregem custodientibus, intelligit, ne memorarem quidem, nisi novissimis

*) ὑποκληζομέναν conjunctim scriptum Passovius defendit in lexico; sed fusius Schneiderus in editione Ajacis, non solum ad tragicorum exempla, sed etiam ad Buttmannum ad Phil. 3., et Matth. gr. gr. §. 349. not. provocans.

temporibus a Benedictio in observationibus in Sophoclem pag. 8. esset probata. "Nam, inquit, neque Ajax, neque alii hujus patratae caedis nuntii etiam hominum, quos illa rabie deceptus occiderit, mentionem injecerunt." Sed in versu 27. Ulysses pastorum occisorum disertis verbis mentionem facit.

Tecmessa in narratione pergit.

229. *Κεῖθεν* scil. e campo *δεικτικῶς*, magna vi repetitur, *ἐκεῖθεν* metro repugnat.

251. Aldi et veterum codicum scripturam recte restituit Hermannus; *τὴν μὲν* ad *πολιμῶν* refertur et postea mutata structura *τὰ δέ* ponitur, quo metra optime se habent, quae antea non satis bene procedebant.

252. Musgravius recte vertit: costas feriens, corpora discidit.

254. Hermannus Musgravium, qui male haec ad Ulysem refert, refutat.

255. De discrimine inter *ῥίπτειν* et *ῥίπτειν* ab Hermanno constituto judicare non audeo, sed interim, melioribus nondum allatis in ejus sententiam discedo et cum eo accipio *ῥίπτειν* esse jacere, *ῥίπτειν* autem jactare. Recte haud dubie Elmsleji, verbum *ῥίπτειν* plane a tragicis alienum putantis *) sententiam rejecit vir doctissimus.

257. Lobeckius doctissime ostendit nostrae tragoediae inscriptionem: *Αἶψα μαστιγοφόρος* jam antiquitus ex his versibus ortam fuisse.

258. Sic Hermannus ad h. v.: "Flagellis fere utebantur duo lora habentibus. Unde lorum, quo equi reguntur, duplicasse, eoque pro flagello usus esse Ajax intelligitur." — *Αἴγυρᾷ* de stridente flagellorum sono.

259. *Δενάξων*, cf. Lobeckium et loca ab eo allata.

Δαίμων et seqq. Hermannus bene interpretatus est: "Omissum est, inquit, prius *οὐ, ἃ οὐδέεις δαίμων, κούδεις ἀνδρῶν ἐδίδαξεν*, cujusmodi exempla vide apud Schaeferum ad Lamb. Bos. p. 777. Est autem hoc usitatissimum, deos atque homines conjungi, quum omnino omnes, maximeque quum negatione addita nullum significare volunt, etiam si vel de diis, vel de hominibus cogitari nequeat. Ut infra v. 597. Itaque hoc dicit: quae nemo quisquam docuit."

Chorus metu perterritus fugam capessendam esse suadet, fluctuans adhuc quomodo se servaturus sit.

241. *Τίς* saepe pro *ἐγώ* usurpari, ut nostrum: *man*, Brunckius ex Eustathio docuit atque Hermannus ad Viger. p. 751. et Matth. gr. gr. p. 675. exemplis probarunt. — Chorus de se, tanquam de una persona loquitur.

242. *Κρᾶτα* quod Eustathius 257, 14. Aldina et plerique libri habent, a Sophocle etiam in aliis tragoediis, ut in Philoct. 1001. 1457. Antigon. 764. usurpatur. De forma vide Buttm. ampl. gr. gr. p. 253. Sed metrum alteram formam *κᾶρα*, quae Triclinio debetur, commendat. **)

*) Elmslejus ad Eurip. Heracl. v. 150.

**) Vide Wunderi mei ad h. l. adnotationem.

244. *Θοόν ζυγόν* verbis quidem conjuncta sunt, nec vero sensu, propter quem *θοόν* ad *εἰρεσίας* trahi debet. Hanc permutationem, qua adjectivum non cum illo substantivo, ad quod pertinet, sed cum alio jungitur, saepissime apud tragicos invenimus, ut apud Eurip. Herc. fur. 396. Romanorum poetae hoc imitantur, ut Tibull. 1, 3. 6., Virg. Aen. 11, 35.

Ad *ἐζόμενον* cum accusativo junctum, cf. Matth. gr. gr. §. 418, 2.

245. Non est operae pretium, ut de Musgravii, Heathii ad h. l. annotationibus aliquid dicam, sed et Hermanni interpretatio durior videtur, quam quae ferri possit. Cum Lobeckio igitur, qui multis hoc illustravit exemplis, quocum Heindorf. ad Platon. Theaet. p. 569. consentit, *ἐαυτὸν* supplerem. *Ἐαυτὸν* quidem graeci non supplerunt, sed nos supplemus, nam in ejusmodi minutiis maxime linguae inter se discrepant. Vocabulo *ἐαυτὸν* intellecto omnia bene cohaerent et simplicissimo modo, quid poeta sibi voluerit, perspicitur.

246. *Ἐρέσσειν* h. l. idem quod *κινεῖν*. Musgravius plurimis exemplis lectionem nostram confirmat, sed inutili tamen correctione corrumpere vult.

247. *Λιθόλευστον Ἄρη*. Photius p. 163. explicat per *λιθόβλητον*. Schol. P. recte per *λιθόβλητον φόνον*. Schol. V. non minus recte per *θάνατον*, loco ex Homer. II. V, 569. citato; nam *Ἄρης* significat etiam: proelium, caedem, bellum. *Ἄρη* ex schol., Aldina et codd. recte forsitan novissimi editores posuerunt, sed *Ἄρην* quoque in optimis scriptoribus Atticis reperimus; vide Buttmann. ampl. gr. gr. p. 210. et 227.

249. *Ἄπλατος* pro *ἀπέλατος* a *πελάω*. Idem atque ionicum *ἄπλητος* et origine et significatione est *ἄπλατος*, quod interdum cum altero permutatur, ut apud Hesiod. Theogon. 135. (Ruhnk. ad hymn. in Cerer. 83.) valens: cui non appropinquare licet, terribile, horribile, horrendum; nonnunquam pro *ἄπλετος* copiosus, ingens stare videtur. *Ἄπλατος* secundum Moerin forma est Attica, cf. Arist. h. a. 8, 28. — *Τὸν* pro pronomine relativo positum. De Musgravii emendatione *λύσσα* (pro *αἷσα*) cum Lobeckio dico: "Musgravii emendatio nihil nos moratur." — *Ἐχει* praefertendum est, cum in stropha *ἰππονόμους* retineri velim.

Tecmessa narratione jam mentem rediisse Ajaci chori curam animique angorem levat.

250. Omnium interpretum optime, paucis verbis hunc locum explicuit Hermannus. "Austrum, inquit, sine tempestate ortum mox cessare observat Triclinius. Sunt haec aliis in locis aliter comparata. Sensus igitur est: cito (*ὄξυς*) desiit furere, ut Auster sine fulmine ortus." Itaque nullis egemus correctionibus, neque Lobeckius satis laudari potest, quod emendationem suam, quae aliam rem, quam poeta vult, indicat, in textum non recepit.

252. Utrum lectio *φρόνιμος* an *φρόνιμον* praestet, dijudicare nequeo, cum sensus idem maneat et codd. inter se discrepent. Lobeckius *φρόνιμος* recepit, Hermannus *φρόνιμον* exquisitius videbatur.

253. Vid. Lobeckium ad h. v.

254. Schol. a Wesselingio vituperatur, quod *παρὰ* in *παραπράξαντος* supervacaneum putet, "nam, inquit, *παραπράττειν* ex indole sermonis est: perperam facere." Itaque hunc locum ita verteremus: cum nemo alius perperam commissi sit socius.

255. *ὑποτείνει* schol. recte interpretatur: *αἶρει, ἐγείρει, ὑποβάλλει*.

VERSIO *) STROPHA.

Profecto aut Tauricam terram habitans, Jovis filia, Diana, (o horrenda fama, o mei dedecoris genitrix) sive propter victoriae alicujus non reportatam gratiam, sive donis vel inclytorum spoliorum vel venationis defraudata, te in publica boum armenta irruere fecit; aut Mars aereo thorace indutus, de socia hasta conquestus, nocturnis machinationibus injuriam ultus est.

ANTISTROPHA.

Nunquam enim tui ipsius animi impulsu, fili Telamonis, sinistrorsus usque eo processisses, ut in greges caede irrueres; nae hic a diis immissus tibi morbus; sed avertant et Jupiter et Apollo malum, quem Argivi serunt rumore. Si vero mendacia magni reges spargunt aut aliquis ex perditio Sisyphidarum genere ortus, ne, dux, ne diutius in tentoriis maritimis sedens malam sustineas famam.

E P O D U S.

Sed surge e sedibus, ubi jam diu teneris otio dolorem creante, malum in immensum accendens. Inimicorum autem petulantia insolenter ita prorumpit in vallibus a vento tutis**), omnium, verbis acerbissimos dolores irridentium; ego vero moerore conficior.

T E C M E S S A.

Vos socii navales Ajacis, ex Erechthidarum aboriginum genere orti, est ut gemitus edamus, qui domo procul Telamonis filium curamus, nam validus, magnus humerisque robustis Ajax nunc turbida jacet sollicitudine affectus.

C H O R U S.

Quam moestam cum die haec nox mutationem fecit? filia Phrygiae regis Teuleutantis dic, quandoquidem captivam te tori sociam amans colit strenuus Ajax, quae rei gnara dicendo eam suggeras nobis.

T E C M E S S A.

Quomodo vero rem infandam enarrem? nam mortis simile malum cognosces. Etenim insania captus nobis praeclarus Ajax noctu ignominia est affectus; videbis in tentorio manibus caesas victimas tinctasque sanguine, a viro illo occisa corpora.

*) Versio mea cum Brunckiana satis eleganter concinnata, comparanda non est. Nihil enim aliud spectavi, nisi ut verborum quodque quam accuratissime exprimerem lectoribusque quo interpretatio mea ab aliorum interpretatione discrepet, clarius patefacerem.

**) In interpretatione vocabuli *εὐάνεμος* mecum consentiunt et Solgerus et Schneiderus in editione Ajacis.

CHORUS. STROPHA.

Qualem de viro splendido adtulisti nuntium non ferendum nec fugiendum, a principibus Danaorum divulgatum, quem vulgi sermones augebunt! Vae, metuo futura! Certo morietur hic vir, furibunda manu cruentisque gladiis occisis simul et pecudibus et pastoribus.

ATEMESSA.

Heu mihi, illinc, illinc igitur nobis vinctum adducens gregem, venit, cujus partem intus mactavit humi, alios autem lateribus percussis discidit; duos vero albis pedibus arietes auferens, alterius caput et linguam extremam praecidit, sed alterum erectum ad columnam sursum adligatum, magno, quo equi domantur loro prehenso verberat stridente duplicique flagello, maledicta conjiciens acerba, quae neque deus, neque hominum quisquam docuerat.

CHORUS. ANTISTROPHA.

Jam tempus est, ut capite velis obducto pedibus fugam petamus, aut in transtris celerum remorum sedentes in navem fluctivagam descendamus. Tantās jactant minas in nos Atridae gemino utentes imperio: metuo ne lapidibus obrutus mortem oppetam, ictus cum illo, quem fati vis ingens premit.

TEMESSA.

Non amplius. Nam austri sine fulmine orti instar cito furere desiit. At sanum nunc novus commovet dolor. Sui enim moeroris contemplatio, cujus particeps caret, aerumnas magnas excitat.

CHORUS.

Quam moerentem cum die haec vox mutatorum fecit? Alia Phrygiae regis Te-
lentantis die, grandaequidem capivam te tori sociam amans colit strenuus Ajax.
dure rei gnara dicendo cum argueris nobis.

TEMESSA.

Quomodo vero rem infandam enarrem? nam mortis singula mala cognosces.
Etenim insana capitis nobis praechars Ajax nocte ignominia est occisus; videlicet
in scilicet manibus caesa victimae fuscatae sanguine a viro illo occisa corpora.

* Versio mea cum Theophrasti satis elegantia concinnata, comparanda non est. Tibullus enim alibi
spectat, nisi ut verborum propter quam accuratissimam exprimerem lectionibus quo interpre-
tatio mea ab altera interpretatione discrepat, clavis patet.

** In interpretatione vocabuli Telemachus meam consentit et Solgerus et Schneiderus in editione

Die öffentliche Prüfung wird im Gymnasium am 4ten Julius gehalten werden, und zwar Vormittags von 8 bis 1 Uhr in den drei obern Classen, und Nachmittags von 3 Uhr an in den beiden untern Classen, in folgender Ordnung:

In Prima.

Religion, Herr Ober-Pastor und Ritter Doctor Grave. — Griechisch, Herr Oberlehrer von Freymann. — Geometrische Aufgaben, Herr Oberlehrer Hofrath Keußler. — Latein, der wissenschaftliche Lehrer Herr Knorre.

In Secunda.

Griechisch, Herr Oberlehrer von Freymann. — Latein, Herr Oberlehrer Hofrath Starke. — Geschichte, Herr Oberlehrer Laurenty. — Russisch, Herr Swätnoy.

In Tertia.

Geometrie, Oberlehrer Hofrath Keußler. — Griechisch, der wissenschaftliche Lehrer Herr Knorre. — Deutsche Sprache, Herr Oberlehrer Hofrath Starke. — Latein, der wissenschaftliche Lehrer Doctor Hausmann.

In Quarta.

Religion, Herr Oberlehrer Pastor Taubenheim. — Latein, der wissenschaftliche Lehrer Herr Doctor Hausmann. — Geschichte, Herr Oberlehrer Laurenty. — Russisch, Herr Swätnoy.

In Quinta.

Geographie, Herr Doctor Hausmann. — Latein, derselbe. — Deutsche Sprache, Herr Oberlehrer Hofrath Starke.

Am 5ten Julius, Vormittags 10 Uhr, findet die Entlassung folgender dreizehn Jünglinge statt, von denen Nachbenannte kurze Anreden halten werden:

Julius von Schröder, 19 Jahr alt, der Theologie Beflissener, in griechischer Sprache: "Ueber den Ostracismus."

Karl Bäckmann, 17½ Jahr alt, der Theologie Beflissener, in deutscher Sprache: "Ueber den Einfluß der Dichter auf die Bildung des Menschen."

Georg Löfsewiz, 19 Jahr alt, der Medicin Beflissener, in lateinischer Sprache, über Obthe's Ausspruch: "Die Stätte, die ein guter Mensch betrat
Ist eingeweiht, nach hundert Jahren klingt
Sein Wort und seine That dem Enkel wieder."

Leonhard Adolph Schlan, 20½ Jahr alt, der Rechte Beflissener, in russischer Sprache: "Welcher Mittel bediente sich Peter der Große zur Cultur Rußlands."

Valentin v. Holst, 19 Jahr alt, der Theologie Beflissener, in deutscher Sprache: "Ueber den Segen einer heiteren Rück Erinnerung."

Franz David Müller, 19 Jahr alt, der Theologie Beflissener, in lateinischer Sprache: "Ueber die Selbstsucht."

Karl Dü Hamel, 18½ Jahr alt, Diplomatiker, in französischer Sprache: "Ueber den Einfluß der Kreuzzüge auf Europa."

Außerdem werden entlassen:

Karl Otto v. Begeack, 20 Jahr alt, der Medicin Beflissener.

Karl Friedrich Müller, 19 Jahr alt, der Medicin Beflissener.

Karl Theodor v. Lentner, 20 Jahr alt, der Theologie Beflissener.

Gottlieb Friedrich Broße, 18 Jahr alt, der Theologie Beflissener.

Johann Wilhelm Leth, 21 Jahr alt, der Rechte Beflissener.

Karl Eduard Ruckenburg, 21 Jahr alt, der Rechte Beflissener.

Der wissenschaftliche Lehrer Herr Anorre wird vorher einige Worte "über Pericles und sein Zeitalter" sprechen.

Darauf wird der stellvertr. Rig. Gouv.-Schul-Dir., Oberlehrer Hofrath Reußler "einige Blicke auf die öffentliche Erziehung und den Unterricht unsrer Zeit" werfen, die vorbenannten Jünglinge entlassen, und die Namen derjenigen Gymnasiasten nennen, die in höhere Classen versetzt werden sollen.

Zum Beschluß wird der Primaner Theodor Hellmann den Abgehenden zu ihren ferneren Studien Glück wünschen, und der Versammlung den gebührenden Dank abstatten.

Die öffentliche Prüfung in der Domschule wird am 6. Julius, Morgens von 9 Uhr an, in folgender Ordnung gehalten werden:

In Prima.

Religion, Herr Rath Doctor Förster. — Russische Sprache, Herr Rath König. — Physik, Herr Rath Schidun. — Latein, Herr Rath Doctor Förster.

In Secunda.

Deutsche Sprache, Herr Pastor Hartmann. — Arithmetik, Herr Schidun.

In Tertia.

Naturgeschichte, Herr Inspector Rath Tielemann. — Deutsche Sprache, Herr Rath Doctor Förster.

In jeder Classe wird der stellvertr. Rig. Gouv.-Schul-Dir., Oberlehrer Hofrath Reußler die Censur-Zeugnisse öffentlich verlesen, und jedem Schüler das seinige einhändigen.

Bei der öffentlichen Prüfung in der zweiten Kreissschule am 7. Julius, von Morgens 9 Uhr an, wird folgende Ordnung statt finden:

Religion, Herr Inspector Rath Voigt in allen Classen.
Englisch, Herr Rath Rbse in der Handels-Classe.

In der obern Classe.

Russisch, Herr Meschinow. — Geometrie, Herr Inspector Rath Voigt. — Naturgeschichte und Technologie, Herr Rath Rbse. — Deutsche Sprache, Herr Schwach.

In der untern Classe.

Russisch, Herr Meschinow. — Geographie, Herr Schwach.

Am Schlusse wird der stellvertr. Rig. Gouv.-Schul-Dir., Oberlehrer Hofrath Reußler die Censur-Zeugnisse verlesen und vertheilen.

Se. Erlaucht, der Herr General der Infanterie, Sr. Kaiserl. Majestät General-Adjutant, Kriegs-Gouverneur von Riga, Civil-Oberbefehlshaber von Pleskau, Liv-, Esth- und Kurland, und vieler hohen Orden Ritter Marquis Paulucci; Se. Excellenz der Herr Civil-Gouverneur, wirkliche Staatsrath und Ritter Du Hamel; Se. Hochwohlgeboren der Herr Vice-Gouverneur, Coll.-Rath und Ritter von Cube; Se. Magnificenz der Herr General-Superintendent und geistliche Präses des Kaiserl. Livland. Ober-Consistoriums, Doctor und Ritter von Sonntag; sämmtliche Behörden des Landes und der Stadt, insonderheit Ein Hochedler und Hochweiser Rath; die Ehrwürdige Geistlichkeit aller Confessionen, und alle Gönner und Freunde des Gymnasiums, — werden ehrfurchtsvoll und ergebenst eingeladen, diese Schul-Feierlichkeiten mit Ihrer hochgeneigten und gütigen Gegenwart zu beehren.